

dileximus nec principatus tui ulla nobis cura vel affectio demulcere
 quolibet modo poterat, ut honoris tui augmentum et imperii culmen
 30 deberemus ullis rationibus affectare, sed postquam domini pape amorem
 circa personam tuam impensius fervere cognovimus, eadem te sumus
 diligentia persecuti et purpuras tuas dignis honoribus deinceps cupimus
 illustrare. Ceterum mirum valde habemus et Romanae^o rei publicae
 iniurie deputamus, cum tibi iam bis dominus papa litteras miserit, semel
 35 per Bremensem archiepiscopum⁵, secundo per Argentinensem quen-
 dam clericum⁶, qui te de statu Urbis et^p eius^q plenius instruxerunt, cur
 nulla a discretionem tua adhuc rescripta meruerit. Inde est quod dominus
 papa nullam adhuc de latere suo personam, clericum aut laicum, iuxta
 consilii^r nostri et totius ecclesie conductum ad excellentiam tuam statuit
 40 delegare. Viderit itaque moderatio tua, ut domini pape litteris, scriptis
 et nuntio devotiori moderamine respondere et quem animum circa
 domini pape personam et circa nos omnes et Romanam^s rem publicam
 habeas, certis indiciis declarare non differas, alioquin sic suspensi nos^t
 diucius stare non possumus, nec aliquibus in longum valemus dissimul-
 45 tatibus protrahi. Acta Rome feliciter .xv. kl. Junii⁷.

o) *Rom.* M p) fehlt L q) *eis* M V (hier am Rand verbessert: *eius*), fehlt L, *eius* Baronius. r) *concilii* V s) *Rom.* M t) *uos* M

5) JL 8371 (1130 Febr. 24). Erzbischof Adalbero von Bremen (1123–1148) weilte damals in Rom und wurde von Anaklet als Vermittler bei König Lothar ausersehen; vgl. Otto Heinrich M a y, *Regesten der Erzbischöfe von Bremen 1* (Veröff. d. Hist. Komm. f. Hannover etc. 11, 1937) Nr. 430, 431.

6) Fraglich ob damit der Brief JL 8388 (1130 Mai 15) gemeint ist, auf den am 18. Mai noch keine Antwort vorliegen konnte. Der Straßburger Kleriker, der offenbar im Auftrag seines kirchenrechtlich umstrittenen Bischofs Bruno (1123–1125/31) Kontakte zu Anaklet II. aufnahm, ist nicht mit Namen bekannt; vgl. Paul W e n t z c k e, *Regesten der Bischöfe von Straßburg 1* (1908) Nr. 435.

7) 18. Mai. Aus unerfindlichen Gründen hat P a l u m b o – vgl. *Lo scisma* (wie S. 461 Anm. 1) S. 289 Anm. 4; *La cancelleria* (wie S. 464 Anm. 7) S. 84 Anm. 12 – die Datierung stets mit „Mai 17“ aufgelöst.